



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Homobonus Conf. 13. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

3.Nov.  
peravit  
missio,  
ilus ad  
rubuit,  
tos in-  
Dago-  
cepit,  
usitatā  
sorum  
astissi-  
Cvni-  
mbivit  
nulus,  
ldixit.  
vectus  
is ca-  
a visa  
anno  
osten-  
Petri  
. Ne-  
enc-  
mili-  
istum  
vide-  
præs-  
brit.  
Ca-  
rata,  
ge-  
cælo  
rrī-

13.Nov. VITÆ SANCTORVM. 553  
arridens. Quid, quod needum viro, sed cælo ta-  
men matura se lubens volens huic despondit? Ita-  
que serò nimis posteà filiam in manus dare Har-  
tuino juveni nobili & prædiviti parentes consti-  
tuerunt. Noctem enim illa pro consultatione  
cum petiisset, ei que qui optima suaderet, Tute-  
laris Angelus intervenisset; in eam denique sen-  
tentiam virgo animus ivit, ne detrimenti quid-  
quam virginitas caperet, omnia & agere & pati,  
quoniam vitam potius ipsam quam pactam Christo  
fidem prodigere. Nec multò post, duce pessimo  
amore, bellum movit virginitati Hartuinus, &  
cum absentibus parentibus ædes castissimas ex-  
pugnasset, proditæ ab ancillula MAXELLENDI, & è  
latebris protractæ, ubi florem non potuit, vitam  
abstulit. Verum, ut videret sub quo stipendio me-  
reret, oculos eo ipso in loco amisi, nec nisi post  
tertium annum, quando ad tumbam virginis ve-  
niā sceleris rogavit, recepit, reapse id edoctus,  
quod nequaquam Poëtae mentiantur, tyrannum  
esse Amorem & cæcum. Ex Surio.

Hæc nostræ Christianitatis summa est, ut amantibus  
vicissitudinem, lædentibus patientiam rependamus: qui  
ergo fuerit patientior ad injuriam, potentior constitue-  
tur in regno. Non enim ad imperium cælorum perveni-  
tur superbiâ & divitiis, sed humilitate, pauperie, leni-  
tate. S.Maxim.serm.de S.Mich.

S.HOMOBONUS CONF. 13.Novemb̄s.

F Ecit HOMOBONVS nomini vitam respondere.  
Neque adeò huic rei conjugium, quo impli-  
catus fuit, neque mercatura, quam exercuit, ob-  
stítit. Quin tum demum non sterilem se putavit,  
cum patrem illum miseri appellarent; tum lucrum

Aa

se

se fecisse, cùm iis, qui neque unde persolvant, habent, pauperibus rem credidisset. Multum illi eam ob rem uxor negotii faceſſivit. Sed huic identidem ille occinebat: neminem umquam quantumvis prodigum in egenos ad incitas redactum esse: plus dando accipi, quām dari: tutissimum æratuum esse, pauperum ſinum: quod his detur, non donum sed mutuum eſſe: quantum diſſolvere Superi differant, tantum fœnoris ad crescere: & quæ demum mercatura lucrosior poſſit eſſe, quām nummo cælum emere? Probavit hoc ſtudium Numen, cùm caniftrum non magnum portentofam panum copiam, fons etiam merum diſpensatori ministravit. Adhæc poſitū in more habuit, concubia nocte templum precandi causâ petere, quod clauſum aliquoties cùm reperiffet, nobiles illi Atrienses Cælitæ aperuerunt. Ille numquam non vel ad magnæ MATRIS vel FILII effigiem cernuus jacuit, pulchrâ vicissitudine, nunc ab ubere, nunc à vulnere ebrius. Certè ad CHRISTI in crucem ſuffixi pedes in templo vitam poſuit; cùm illa Angelorum verba (*Gloria in excelsis Deo*) homines canerent. Sed ille hæc ſuavius cani ab ipsis Angelis ſcivit. *Ex Surio.*

*Nihil eſt dignius, quām ut homo ſit ſui auctoris imitator, & ſecundum modum proprie faculatatis, divini ſit operis exsecutor: nam cùm aluntur eſurientes, & vediuntur nudi, nōne auxilium Dei manus expletu ministri, & benignitas servi munus eſt Domini?*  
S. Leo ſerm. de Quadragesima.

S. LAURENTIUS EP. 14. Novembris.

**P**arenrem LAURENTII nostri fuiffe ajunt Mauſitium inter Hyberniæ proceres latissimè imperrantem.